



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-789263-p0002-8

DFG



1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8

1731.

1. Berolinensis, Ichardus Christianus: De processu appellatorio  
in foris Marchionatus Lusatiae superioris asserto
2. Berolinensis, Ichardus Christianus: De iustitate Germanie  
foreni & iure omniis decender culando.
3. Brutes, Henricus: De avocato injurianti.
4. Brutes, Henricus: De renunciatione in forinatis.
- 5<sup>o</sup> = Medemus, Iustus Georgius: De iure avocandi vasallorum  
externis ministeriorum. 2 Decap.
- 6<sup>o</sup> = Cretius, Christ. Lauri: Publicam clementiam que  
urbes conditae ex antiquitate Romae, . . .  
Reputant. 2 Decap.
- 7<sup>o</sup> = Cretius, Christ. Lauri: Proprietatem et donatae  
et cum qui quos mutationem accepti transiunt  
. . . dependet. 2 Decap.
- 8<sup>o</sup> = Cretius, Christ. Lauri: Observations et 1. 3.  
I. de bruis eorum qui ante sententiam sibi  
mortem concinerunt.
- 8<sup>o</sup> = Hassen

8. Dahl, F. von W. Chelv : De sacrificiis gentilium  
iudiciorum ex veterum Etacorum descriptina Dadae-  
tis

9. Leyser, Augustinus : Feminam iudicem et usum hederum  
iudiciorum quorum bonorum et actionis est. v. C.  
de usu iudiciorum . . . ex leibus erat et in  
publica interpretatione habebatur.

10. Leyser, Augustinus : De gestis per debitorem obsecratis  
femoratis quam iuratis

11. Leyser, Augustinus : De felicitate collegiorum.

12. Leyser, Augustinus : De ipolio

13. Menckes, Gottfridus Lutronicus, Ord. iureit . . . Decanus ;  
leitri beneficiis . S. p. I. (et Reparationem solen-  
nem Porti Balduini Haberi iurabat )

14. Menckes, Gottfridus Lutronicus, Ord. iureit . . . Decanus ;  
leitri beneficiis . S. p. I. (et Reparationem solennem  
Iohanni Christiani Gottschalki Badai iurabat )

15. Starus, Gallus : De combinatoris questionibus et  
dissimilatibus substantiis.
16. Valer, Abraham : Febris tertiana ob amygdala  
lethifera.
17. Werner, Dr. Friederici : Decas dissideriorum iuri-  
dicorum. 2 Tompl.
18. Werner, Dr. Friederici : Decas dissideriorum iuri-  
dicorum.
19. Werner, Dr. Friederici : Decas dissideriorum iuri-  
dicorum.
20. Werner, Dr. Friederici : De successione in simulta-  
neam investituras ex jure Alm. Sax. Longabard.  
iii.
21. Werner, Dr. Friederici : De iure locutionum



24

Pub. 1731. num 14.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA  
DE  
**IVRE AVOCANDI**  
**VASALLOS**  
EXTERIS MILITANTES,  
SPECIATIM  
**ORDINIBVS IMPERII**  
VI TERRITORII VINDICATO

QVAM  
P R A E S I D E

IV S T O G E O R G I O  
CHLA DENIO, D.  
FEVDAL. P. P. ET FACVLT. IVRID  
ASSESS. EXTRAORD.

D. SEPTEMB. A. R. S. MDCCXXXI.

A V D I T O R I O I V R I D I C O  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBIICIET  
S A L O M O I E N T S C H I V S .

EYBENSTOCHIO - HERMVND.

V IT T E M B E R G A E  
LITERIS IOHANNIS GOTHOFREDI SCHLOMACHII.







DISSSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**IVRE AVOCANDI**  
**VASALLOS**  
**EXTERIS MILITANTES**  
SPECIATIM  
**ORDINIBVS IMPERII**  
VI TERRITORII VINDICATO.



§. I.  
ars insignis, et certe non postrema  
obligationis Clientelaris est, ex qua  
ad subeunda seruitia lege benefi-  
ciaria adstricti quondam euocari  
confueuerunt. Lubebat illa mox  
VASSOS honoris causa requirenti  
domino adesse, (a) mox, ut ad Curi-

A 2

am

(a) Inde seruitia *in honoraria*, SANDE in Comm. ad Con-  
iudicaria et militaria abeunt, fuet. Feud. Geldr. Tr. 2. T. 2.  
prout distinguit ita FRID. a C. 2. n. 13. Varia autem  
principis

4 DE IVRE AVOCANDI VASALLOS

am SENIORIS acciti, cum ceteris iudicaturi, (b) comparent, imperabat, modo comites domini armatos, strenuusque suscipienda expeditionis bellicae sectatores eosdem exposcebat.

§. 2.

Ex his uero, et si quae alia finges, inseruendi generibus etiamnum hodie potissimum est, et in primis aestimandum, quod militiam, armaque, ad incolumentem domini, eiusque ditionem tutelam, capessenda, ex vinculo, ipsis Feudis coaeuo, et quasi cum iis nato, Vasallis praecipit. Neque inferunt id solae gratitudinis leges, neque sola primaeva Feudorum exordia, et incrementa pariter, illis praesertim, quibus idonea armorum gerendorum

priscis Francorum populis usitata seruitia exhibit du  
FRESNE in Glossar. uoc.

Seruitia.

(b) Neque hodie tamen generaliter iudicium Parium Curiae uulgo das Mann-Gericht dictum exoleuisse, cum SCHOTTELIO in Tr. de antiquis Germ. Iuribus C. IV. §. 9. arguendum est, uid. HORN. Iurisprud. Feudal. C. XXV. §. 14. et Dn. a LVEDWIG in diff. de primo Foro Sub-Feudorum Imperia-

lium Parium Curiae exemplo in Haffiae Comitatu Ritbergensi C. V. §. 5. Solut et in terris, ubi alias coram Regimine, vel iudicis Provincialibus, agitantur causae Fiduciariae, interdum Judicium Parium Curiae constitui, cuius rei obuenit exemplum in controuersia inter CASIMIRVM, Saxoniae Ducem, et Ioachimum Truchsessum de Wezhausen, excitata, referente id STRVVIO in Histor. Archiv. T. I. p. 300.

rum inerat uis, (c) in fidem recepris, aliis autem, minusque aptis, uix unquam admissis, sed et, tum ipsa Iuris Longobardici placita, Imperiique sanctio[n]es, tum etiam moderna, militarium cumprimis officiorum ergo, in c[on]tibus feligendis, haud raro adhiberi solita ratio, luculenter comprobant.

## §. 3.

Sicut autem, si rem ad amissim suam reuocare lubet, homines ligii ad operas illas militares, quia communiter neque loci, neque temporis includuntur cancellis, nec indigentiae, in facto repositae, praesumtio hic obtinet, iustis citationibus, (d) inductionibus, (e)

A 3

saepe

(c) Quorsum et referendum erit, Vasallos *militum* nomine frequentius insigniri. uid. I. F. 21. II. F. 27. §. 3. adeo, ut quoties in Iure Feudali *militis* sit mentio, Vasallum toties subintelligendum, haud pauci defendant. uid RHET. in Comm. Iur. Feud. L. 1. T. 31 p. 439.

(d) Vestigia citationum militarium inueniuntur in antiquis Francorum et Longobardorum legibus. LL. Longob. L. II. T. 42. ibi: *banniri ad placitum*. Cuiusmodi proclama auocatorium *heribannum* uocabatur, et uel scriptis, uel

ore praeconis absolvebatur, inque duorum Comparium praefentia indicebatur. II. F. 54. Modum autem citandi milites per vexilla, editori quodam loco suspensa, apud Romanos usitatum quondam uid. explicatum apud GVID. PANCIROLL. Rer. Mem. Tit. de Morib. in bell. uisit. Conf. OBRECHTI diff. de Vexillo Imp. c. 2.

(e) In Constitutione Caroli Crassi de Expeditione Romana, quam praeter GOLDASTVM et FREHERVM publici iuriis fecit LVNIG in Corp. Iur. Feud. Germ. T. 1. p. 15. haec legun-

saeppe etiam euocatoriis literis (f), nisi plane notoriam periculi supposueris causam, commonendi ue-

nunt,

leguntur: Cuicunque secundum hanc legem eadem expeditio imperetur, si ad coram Gallorum, hoc est, in campum, qui uulgo RVNGALLE dicitur, dominum suum non comitetur, et ibi cum militari apparitu non repraesenteretur, Feodo praeter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanerunt, in conspectu eorum absque spe recuperationis priuetur.

(f) Quales literae, sequenti formula instructae, aliquando ad Vasallos emanarunt: P. P. Weilen sich die Gefahr im H. R. Reiche von Tage zu Tage besorglicher anläßt, indem allerhand gefährliche motus und Krieges-Empörungen sich hin und wieder ereignen; also daß wir unumgänglich verursachet und bewogen worden, unsere Sachen in gute Acht zu nehmen, und auf Mittel und Wege zu gedenken, wie wir und unsere Land und Leute, so viel

möglich, vor unhilfiger und unverschuldeter Gewalt, vermittelst des Allmächtigen gnädigen Verleihung, versichert seyn und bleiben möchten; Also begehren wir Ihr wolltetuch vermöge eurer Pflicht, mit den Pferden und Knechten, mit welchen uns Ihr zu dienen schuldig, also und dergestalt gefast machen, daß Ihr außer unserr Zuschireiben an den Orte, dahin wir euch erfordern mögen, bey Tage und Nacht ohne Außenseitbleiben erscheinet, und euch hieran nichts, als Gottes Gewalt, verhindern lasset. Im Fall Ihr aber durch Leibes-Ungelegenheit davon abgehalten würdet, nichts destoweniger eine solche Person, damit wir zu frieden seyn können, an euer statt, samt zugehörigen Pferden und Knechten ohnfehlbar schicket, und solches nicht anders halter, daran geschicht unser Will und Meynung.

niunt, (g) ita et tunc, cum aliorum ad castra Vasallis transferint, auocationibus necessitati Dominorum consulendum, earumque iuri iustum, quo gaudent, statuendum erit pretium. Est autem ius illud auocandi, FEVDIS GERMANIAE potissimum accommodatum, ius vel ex potestate Imperatoria, vel iurisdictione territoriali, vel etiam pacto quodam Imperatori, Ordinibusque Imperii competens, ui cuius Vasallis alienae militiae addictis eandem certis ex causis interdicere, et ut ab illa descendant, sub poena, saepe grauiori, eos admonere possunt. Cuius iuris in genere spectati rationes quamvis non male etiam in Iuris Naturalis, cum primis uero Iuris Publici uniuersalis, principiis fundari, quis asseruerit, si obligationis, ad defensionem cuiuslibet societatis initiae suscipienda, consideres leges, (i) in Imperio tamen Romano-Germanico, aliis iisque specialioribus fontibus eius eruendae erunt origines. Equidem uestigia ex Iure Romano legere cupienti, offerunt se, sed fere exigua. (k) Illa sane necessitas militandi, et ius au-

candi

(g) Qua forma neglecta, comparendi necessitatem exulare docent textus I. F. 21. II. F. 26. I. F. ALEMANN. c. 8. et SAX. c. 4.

(h) Conf. Beyer. in diff. de Iure Auocandi ciues et incolas ex territorio alieno. §. 28.

(i) Auocationis mentionem iniicit MODESTINVS

ICtus in l. 16. §. 21. D. de Iure militari. ibi: Cum multis milites in aliquod flagitium conspirent, vel si legio deficiat, *auocari* militia solet. Fundamentum quoque auocandi iuris depromi potest ex l. 13. C. de Re Milit. ubi praecepitur militibus, ne aliena obsequia sine nutu principali peragant. Id quodiam pridera a Cae-

candi inde competens, alia ex lege non fluit, (k)  
quam

a Caesare AVGUSTO tractum uidetur, qui seuerissime fanxit, ne quis Senator Romanus iniussu Principis Italianam excederet. TRANQVILL. in Augusto, DIO CASS, L. 28 Hift.

(k) Evidem illorum sententiae, qui beneficia Romanorum institutis clientelaribus accommodarunt, non leuiter patrocinari uidetur locus AE-LII LAMPRIDII in uita *Alexandri Seueri* c. 58. sola quae de boſibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donauit, ita ut eorum ita essent, si heredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defendarent. Addit sane his et animalia et seruos ut possent colere, quod acceperint, ne per iniamicum hominum, uel per senectutem possidentium desererentur rura uicina barbariae, quod turpisimum ille duebat. Quod ulterius illustrant GVNDLINGIANA P. I. Obs. I. §. II. 12. 13. et P. XV.

O. 2. ubi pluribus argumentis simili ratione defenditur, Germanos, postquam Romanas prouincias inuaferint, hoc beneficiorum militarium institutum ita esse imitatos, ut inde orta sint Germaniae Feuda, magis pedetentim magisque exculta. Ast satis occurrit his B. Dn. IAC. CAR. SPENER. Obseru. Hist. in Primit. Feudal. Obs. I. §. 6. not. i. ubi illud quidem largitur, Germanos Romanorum mores imitatos esse, dignitatesque Romanas in aula, curia atque militia retinuisse, publicisque multis institutis libenter usos esse, ut et publicam rem suam ordinatiorem redderent, et praeterea adsuetas publicis Romanorum legibus prouincias eo felicius regerent, priuatos uero suos mores mordicus feruasse Germanos, arbitratur, atque ex his Feudorum instituta fuisse, quae adeoque non a Romanis acceperint, sed ex patria sua et moribus suis attulerint. In testimonio LAMPRIDII

quam illa, ex qua plerique Romani, quotquot iusta aetate citarentur, et cogerentur, adstricti erant. Imo, si recte sentientum, Ius Romanum nequidem hic in subsidium uocari par est, quippe quod, cum ipsa Feuda ignoret, nec de tali auocatione, ex qua Germaniae subiecti ad militiam ferendam tenentur, quid disponit. Quin potius uniuersam causam ex moribus Teutonicis et Legibus Imperii emetiri oportet, quae a Romanorum institutis longissime fere discedunt.

## §. 4.

Constat iam sub PIPINO, Regum Carolingorum stipite, apud Francos Feudorum largiorem inclaruissimam, quamvis in incerto remanserit, num ab ipsa Monarchiae Francicae sint accersenda origine. Expeditum uidetur ad minimum, CLODOVAEI M. tempora non plane eadem ignorasse, (l) aliis, etiam ante istum, Germania

B

PRIDII meram Principis donationem describi; nullam fidei conditionem imperatam; maleque igitur ipsis donatis plenoque et hereditario iure concessis bonis conuenire cum feudis.

(1) Non obscurum de usu feudorum ad CLODOVAEI M. tempora relatorum perhabet testimonium locus ALMORINI in Hist. L. 1. C. 14, ubi se-

quentia refert: *Cum CLODOVAEVS regnum suum usque ad Sequanam, atque postmodum ad Ligerim fluvios ampliasset, Milidunum Castrum Aurelianum cum totius Ducatu regionis in beneficium concessisset.* Ex quo loco primarium quoque, de originibus Feudorum sub MEROVINGIS, probationis robur reposuit ALTESERRA C.I. de Orig. Feud. p. 286. Alii uero eun-

nia gentibus illa affingentibus, nec a uero deflectere sibi uisit. (m) Prius uero non leuiter adiuuant argumenta de munere Regio, et alia ex illius gentis historia ex legibus repetenda. In iicitur passim *reuoatae* tunc Feudi, officii militaris ad dies uitae concessi, uel ut GREGORIVS TVRONONENSIS (n) effert, *renouatae actionis* mentio. Memorantur simul ab eodem GREGORIO (o) uillae, a Regibus ob fugam uel ob transiitum militarem ad aliud dominum possessoribus ablatae. Anne igitur tunc beneficio-

eundem suspectum inde, quod circa X. demum seculi finem uixerit Autor, arguunt locum. Ast ex RORICONE, Gesta Francorum exponente, et ab ANDR. du CHESNE T. I. Hift, Franc scriptor. inserto, cuius uerba ita se habent: *In diebus illis dilatauit CLODOVAEVS Francorum regnum usque ad Seu quanam, et accipiens castrum Miledunensem, tradidit eum, Aureliano Legatario, eumque DVCEM illius Provinciae instituit; locum illum de promtum ostendit, fidemque eius aliis nacillare uisam, liberauit III. THOM ASIVS in Orig. Feudal. §. 12. lit. o.*

(m) Vti de Gothis, Heru-

lis, et Burgundionibus plura ex CASSIODORO ad euincendum, iam ante regnum Francorum, et statim a Gentium Germanicarum migrationibus Feuda formata fuisse, adducit all. SPENER. in Primit. Obseru. Hift, Feud. O. 1. p. 36.

(n) Hift. Franc. L. 4. C. 42.  
(o) L. V. C. 3. Ibi: SIGGO quoque referendarius, qui annulum Regis SIGIBERTI tenerat, et ab CHILPERICO Rege Pronocatus erat, ut seruitum, quod tempore fratris sui habuerat, obtineret, ad CHILDEBERTVM regem, SIGIBERTI filium, relato CHILPERICO transiit, resque eius, quas in SVESSIONIA COhabuerat, ANSVLADVS obtinuit.

-IMO

neficiorum istorum possessores ad operas militares exhibenda, etiam absentes auocari potuisse, afferendum erit? Certe licet Annales, ius auocandi ad Regalia Regum Francorum tunc spectasse, diserte haud caueant, facile tamen quilibet animaduertit, eodem iure, nempe ui potestatis regalis, cuius non exiguum, ne dicam maximam fere, particulam efficit belli, pacisque ius, quo euocari poterant praesentes, etiam Vasallos aliorum castra secutos, retrahi potuisse. Poenam ad seruitia prouocatis, mox uero transgressoribus ad hostes effectis, impositam, priuationem bonorum complexam, locus *Gregorii* excitatus memorat. Haec uero facinus, iure quodam reprobatum, simul innuit, et ab hoc, uti cilibet imperanti auocandi potestas integra est, ita et Francis eam competitisse, locum dubitandi relinquit nullum.

## §. 5.

Non mediocriter praedicta succreuit potestas, cum *Francorum* Reges, et ex his cumprimis CAROLVS M. post superatam Germaniam regium in gentes istas deuicias instrueret imperium. Amplior hic una exsurgebat Clientelarum campus, quibus non solum illi, qui fidelem in militia confecta nauarant operam, sed et ex ipsis in bello deuictis praeficiebantur complures. (p) *Quis* uero in utroque ita electo

B 2

Clien-

(p) WITICHINDI Annal. | L. I. T. I. et C. IV. c. 14. it. in  
L. I. et CRANZII Metrop. | Saxon. L. II. C. 14. 15. et 33.

Clientē nexum statim non aduertit, ex quo, ab extero-  
rum castris subeundis eum excludi, par est. Neque  
enim nouiter concessum beneficium, uel militem ab  
antiqua parendi formula, nisi sub desertionis nota,  
uel bello deuictum a subiectio[n]is uictoriaeque lege, abs-  
que diserto inuestientis placito, eximere ualeat.

## §. 6.

Latuit tunc aliquando prisca Germanorum liber-  
tas, donec CAROLI M. sobole, quae in LUDOVICO  
ARNVLPHI filio deficiebat, extincta, ad mutatam  
imperandi accederetur formam, et non alii, nisi elec-  
tionis iure uocati, Imperii eueherentur moderatores,  
quibus tandem, interiecto quodam temporis tractu, et  
primitus quidem subauspicijs CAROLI IV. (q) iurum,  
privilegiorum, et consuetudinum antea seruatarum,  
praeter solennis sacramenti praestationem, Ordinibus  
per literas et sigilla firmandarum, lex est p[re]a-  
scripta.

## §. 7.

Habent autem id inter cetera Germaniae Clientes p[re]a-  
aliis p[re]cipuum, quod, more a maioribus in eos trans-  
lato, (r) non solum pro Imperio et patria militiam subire,  
sed

(q) in AVREA BVLLA  
C. II. §. 8.

(r) TACIT. de Morib.  
German. C. XIV. ibi: Si Ciui-

tas, in qua orti sunt, longa pa-  
ce et otio torpeat, plerique No-  
bitum adolescentium, ultra pe-  
tunt eas Nationes, quae tum bel-  
lum

sed et exterorum Regum et Principum bellis pro lubitu interesse, istisue operam suam addicere possint. Neque horum iuri ulla ratione refragatur, tum, quod et Imperio fidelitatis lege sint obstricti, et, in Matriculam Imperii relati, instar militum habendi ueniant, tum

B 3 17 203 edition quod

lum aliquod gerunt, quia et ingrata geni quies et fortius inter  
ancipitia clarescunt. Et quamuis CAROLVS V. Imperator  
militandi foras libertatem in-  
differenter, et generaliter pro-  
hibere tentari, est tamen post  
ea, inter grauamina, de qui-  
bus Ordines Imperii, memora-  
ti Caroli V. tempore, conque-  
sti sunt, a MAVRITIO Elec-  
tore Sax. illa inhibito in literis  
ad Imperii ordines 1552. e-  
ulgatis relata. Item man flagit,  
dab der Deutschen Nation zu-  
wider ihre Freyheit genommen  
und verboten worden, andern  
Herrn zu dienen, quod refert  
HORTLEDER de cauf. bell.  
Germ. T. I. L. V. C. 13. §. 12.  
Cui querelae subscriptissime AL-  
BERTVM Marchionem Branden-  
burgicum idem testatur  
Cap. V. §. 7. Quibus tandem  
medela parata et pristini iuris  
uestigia plenius restaurata.

I. I. d. A. 1570. §. 4. ibi: haben wir uns erinnert, wie es im heil. Reich teutscher Nation vor Alters eine lobliche Gestalt, deutscher Freyheit um Chr und Ruhm mit ritterlichen Thaten fremden Potentaten ohne alles Bekleidigen des Vaterlandes und dessen Gehörigen zu dienen. quod repetitum in R. J. de A. 1582. §. 31. Magis consuluere sibi decinde Ordines Imp. cautela CAP. LEOPOLD. Art. 16. inserta, et in CAP. JOSEPH. Art. 15. §. fin. confirmata, ibi: Es soll jedoch auch keinen Reichs-Stadt oder Ein- sessenen verboten sein, sich bey auswärtigen in Krieges Diensten zu begeben und einzulassen. V. CAP. Nouiss. A. 4. Conf. MYLER. Stratol. C. II. et HORNII diff de Libertate Germ. militandi apud Expertos.

quod aliis sanctionibus iuri illi derogatum (s) uideatur. Saluo enim, quod cum Imperio intercedit, uinculo, ipsis apud exteros militandi competere potest libertas, si naturam seruitiorum, ad quae, ut ipsi compareant, iam regulariter non tenentur, respicias. Et quamvis militum nomine eos saepe notatos, negari non possit, bellici tamen respectu hoc obuenire auxilii, quod, ui Matriculae Imperii, certum equitum peditumque numerum complectitur, manifestum est. Sanctiones uero libertati illi contrariari uisae, illos Germaniae Vasallos unice respiciunt, qui exteri, terras Imperii inuidentibus, armis suis opem ferre, non erubescunt.

### §. 8.

Ast, quantum etiam sit libertatis praefatae, in eligenda exterorum militia, priuilegium, non tamen in uniuersum deficit ius quoddam, ipsa interdum libertate fortius. Patet certe S. R. I. Vasallis ad exteros liber

ex-

(s) In Rec. Imp. d. A. 1544.  
§. Und wiewohl wir et §. damit  
nun ibi: Dass sich niemand  
in fremder Potentaten oder an-  
derer Herren Dienst begebe. &c.  
Gegen solche Ungehorsame und  
Verbrecher soll mit ernster  
Straff gegen ihrer Person  
verfahren werden. et R. I.

d. A. 1564. §. Wiewohl auch  
in der Executions-Ordnung,  
in verb: dass sich niemand zu  
einen Krieg zu dienen, ohne unser  
oder seiner Obrigkeit Vorwissen  
und Bevolligung bey Ver-  
meidung unser und des Reichs  
und seiner Obrigkeit schweren  
Straffe und Ungnade begebe.

excursus, salua tamen et illa, quae IMPERIO et IMPERATORI antea sancte data est, debet seruari fides.

(t) Haec suprema lex esto, cui alii superinducti, et nouiores initi nexus merito suo cedant. (u) Ex quo consequi-

(t) Ipsum Ius Longobardicum excipit antiquorem Dominum, contra quem ne quidem per substitutum servitia praestanda praecipit. uid. II. F. 28. KOHL. de Servit. P. III. n. 18. An vero illi, qui militiam alienam suscipiunt, expresse Imperium excipere teneantur, inde inferendum non uidetur. Potest illud implicite actum reputari. Quamuis prius cautum deprehendatur R. I. de A. 1555. §. 59. verb. die Pflicht, damit sie der R. K. Majestät und dem heil Reich zugethan, und verwandt seyn, hierin ausgekommen, und verbehalten, et in App. der Reuter und Fuß-Knecht Bestall. d. A. 1570. §. 2. ibi: Zum andern soll das teutsche Kriegs-Volk, und alle diejenigen, so von fremden Potentaten in Bestallung oder Pension, oder Jahr- und Dienst-Geld auf-

genommen worden, in ihren Bestallungen und Pension-Briefen ausdrücklich vorbehalten, daß sie sich wieder des H. R. Reich deutscher Nation und geliebte Vaterland oder einigen Stand dessen, weder offensiu, noch defensiu nicht gebrauchen lassen, sondern vor allen andern derselben Wohlfahrt und Besien schaffen und befördern, und in keinerley Wege, wie es auch von den fremden Potentaten möge für genommen werden, demselben zuwider dennoch sich bestellen lassen.

(u) R. I. d. A. 1541. §. 68. et d. A. 1544 §. 22. ibi: daß sich niemand wieder uns, noch unser Land und Leute, oder auch unser und des Reichs Mitglieder in fremder Potentaten und anderer Herrn Dienst begebe, denselben zu ziehen, oder sich gebrauchen lasse. it. de A. 1555. §. 43. et 1582

sequitur, quicquid etiam contra Imperium quis molliatur, per illud IMPERATORI auocandi potestatem iure fundatam. (x) Eodem autem ex vinculo, quo ipsorum Imperii Vasallorum alias inter se ferunt silent arma, et iam tunc, cum hostibus Imperii (y) militando feruntur suppetiae, manifesto auocandi causa resultat. Id quod eo usque protenditur, ut, si uel maxime contra STATVS quosdam apud exterios militia susceptra, cum ita Imperii membra

1582. §. 31. uerb. ohne alles Beleidigen sowohl unsrer, als auch des heil. Reichs, dessen angehörigen Ständen, Unterthanen und Schirms - Verwandten zu dienen.

(x) Rec. Deput. d. A. 1564. §. 16. uerb. Und soll uns oder unsren freundlichen lieben Sohn den Röm. Könige bevorstehen, diese werbende Personen um Abstellung für genommener Gewerb anzuhalten, und die geworbenen abzufordern. uid. et Ord Cam. P.II. § 1. Vbi tamen eundem ordinem, imo et Statuum concurrentiam, alias in pacis negotio tractando, obseruari praescriptam, quoad ius auocandi supponen-

dam, nec facile negligandam, moneo. Vid. Reces. Imp. d. A. 1555. §. 44. 60. 62. 65. et 67. Quomodo a Circulo inferioris Sax. A. 1626. Vasalli illius Circuli sint auocati, refert LONDORP. in Act. Imp. T. I. L. 8. c. 487. p. 538.

(y) Duo hostium Imperii genera, aliosque ex iure belli, alios ex poena banni constituit GAIL. de Pac. Publ. L. I. C. I. n. 22. His ex poena banni talibus, uti ex fracta pace publica conueniri possunt, qui arma sua iungunt, ita etiam ab Imperatore per ea, quae §. seq. tradita, absque dubio auocari possunt.

membra tangat, etiam tunc Imperatori interdicendo-  
rum seruitiorum ansa porrigitur sat gratis.

## §. 9.

Vocor ad aliam, qua Imperatoris in S. R. I. Vafallos auocandi innititur potestas, *violatae pacis publicae causam*. Quis non ignorat, quanto, Imperii tranquillitatis, singulorumque securitatis illud Palladium, sudore fuerit paratum, et cum nouis insultibus infringi uideretur, tum Pacis Instrumentis, (z) tum in NOVISSIMO IMP. RECESSV (a) de eo firmando sollicite fuisse transactum. Certe inter alias PACIS firmandae medelas non ultima fuit tunc habita, foedera illi aduersa, praesertim cum Exteris inita, damnare, et irrita reddere, criminis, poenaeque reos illos, qui manus auxiliatrices iis ferunt, arguere, auocandique iure contra eos debito modo procedere. (b)

## C

## §. 10.

(z) Osnabrugensis sc. et Monasterienlis A. 1648. confess.

(a) d. A. 1554. passim.

(b) Memorantur autem utriusque generis auocatoria, tum illa, quae, antequam pax violata sit, pro impediendo, tum ea, quae, postquam paci contrauentum est, pro coercendo, aduersus refractarios sunt decernenda **Land**:

Fried. T. 8. §. 1. et ODR. CAM. P. II. T. 9. §. 3. uerb.  
Und ob sichs zutrage, daß jemand diesen Land-Frieden zuwieder, den andern mit Heers-Kraft, oder sonst gewaltig überziehen würde, sollen und wollen die Kaysersl. Majestät alsdenn, oder in ihrer Liebd. und Kays. Majestät Abwesen, wir als Rem. König, oder aber des Kaysersl. Cammer-

## §. 10.

Liquet iam, quam ardua sit, quae in belli pacisque iure uersatur causa, et quo maius Reipublicae ex abusu eiusdem enasci potest praeiudicium, eo maiori cum sollicitudine Germaniae Proceres Regis sui potestatem circa belli tum suscipiendi, tum Vasallos Imperii inde auocandi arbitrium circumscriptram dedisse. Ut adeo ultra casus, quibus horum militia, Exteris Principibus elocata, damnosa uideri potest, Imperatori laxiorem facultatem absque Legis fundamento, quis iure non attribuerit. (c)

## §. II.

Sed quaecunque demum Caesari circa auocandos Im-

Cammer-Gericht, auch Ansichten des, der Überzug besorgter, und sich gebührliches Rechtens erbieter, oder aber des Räys. Fiscals denen si in Werbung und Rüstung stünden, bey der Poen und Straffe der Acht gebieten, von solchen ihren gewaltigen thältlichen Fürnehmern und Überzug abzustehen, und sich gebührliches Rechtens begnügen zu lassen. Et § 4. ibi: eine gemeine Absforderung bey Poen der Acht auch zum förderlichsten ausgehen lassen.

Exempla Auocationum ad Vasallos Bauariae ab Imperatore 1702. emissarum uid, apud FABRVM Status-Canzley T. VII. p. 757.

(c) Interim tamen praeter causam militiae, apud exteros susceptae Imperatori ius auocandi Status a confoederationibus, et conspirationibus, item congregationibus militum integrum est, quod explicat latius GERDES. in Tr. de Mandat. auocator. C. 10. et II.

Imperii Vasallos potestas relicta est, num eam VI-CARII etiam, fascibus regni moderatore suo destitutis, recte sibi vindicent, a re nostra non est alienum disquirere. Certe interregna saepius sunt turbulentia, in quibus, uti, dum tempora pacis eunt, bella sunt metuenda, ita de pace reparanda sollicite cogitari, et modum, quo Leges Imperii consulunt, parari, fas est, in quo utroque ordinando, quicquid LIMNAEVS (d) hic scrupuli inilicere attentet, qui cum alia Serenissimorum InterRegum, tum hoc etiam, sed frustra, uellicare sustinuit, cum pro illis praesumtio, quia in omnibus Regis uices subeunt, fortissima militet, pari ratione, lure Imperatoris, Vicarii utuntur. (e) Exposcunt illu-

C 2

stria

(d) ad A. B. c. V. §. 1.  
Huius argumenta refellit  
HVLDERIC. ab EYBEN.  
in diff. de Iure Pacis Th. 2.  
lit. b. p. 728.

(e) Rescripta D. Electoris  
Ioh. Georgij I hanc in rem pu-  
blicata uid. ap. GOLDAST. in  
den Reichs-Handl. P. VII. p. III.  
sequi. Qualem curam habuit  
etiam Potentissimus REX et  
ELECTOR noster clementissimus, uti ex literis ad Ordines  
Imp. A. 1711. datis appareat, uerb:  
Se gefährlicher nun die Zeiten  
bey den fortwährenden Reichs-  
Kriege, und andern besorgli-

chen Coniuncturen sich ereig-  
nen; je nöthiger ist es, daß  
ein gutes Vernehmen, und der  
innerliche Friede und Wohl-  
stand erhalten, und befestigt,  
folglich allerhand Unruhe und  
Empödungen verhütet, und  
dasjenige, was sonderlich we-  
gen der Neutralität bey der  
Reichs-Berammlung zu Re-  
genburg im nächstverwichenen  
Jahre zum Schluße herkom-  
men, fest gesellet, und zur  
Execution gesetzt werde. It.  
post quadam interiecta: Ev.  
Majest. und Lbd. und Ihr  
wollen sich auch den H. Rdm.  
Reiche

stria eorum munia, ne quid detrimenti capiat respublica, prospicere, simul vero tum exterorum incursus cohibere, tam motus sedare internos, iubent, quibus si quis ex Imperii Clientum numero arma contulerit, quin interdictis et auocationibus contra eum procedi, bannique poena, in eos, qui exterorum castra intempestive, et cum Imperii noxia sequuntur, statuta, consensu Eclectorum, quos haec cura tangit, decernit possit, non ambigendum.

## §. 12.

Iam uero ulterius pedem, ius auocandi Vasallos, ipsis Ordinibus Imperii integrum, protinus consideraturi, promouemus. Et primum quidem huc reuocandum erit, de iure illo firmum, stableque, pro ipsis non ferri posse iudicium, cum iura territorii, indeque emergens belligandi potestas nondum plene quaesita erant. Hanc Imperii Proceres, quamdiu magistratus, et officiales magis, quam Prouinciarum domini existerent, proprio

Reiche zum Besten einheimisch und gute Verfassung dermaßen halten ic, daß neben andern Mit-Ständen des Reichs Friede und Recht zu erhalten, über die zum Reichs-Kriegs-Contingent gehörige Hülfe noch eine mehrere Macht nach jedes seiner Länden, und Dörfer

Bermögen, bereit zu schaffen, und solche Hülfe und Beystand innerlich, damit der gegen den gemeinen Reichs-Feind habenden Kriegs-Verfassung nichts abgehe, zu gebrauchen sich angelegen seyn lassen. Quas uid. apud LVNIG, in Cod. Aug. T. I. p. 426.

prio iure exercere non poterant. Praeerant sane rei militari, exercitusque ducebant, non alio tamen actu, nisi *imperato*, quoties uel inferendi bellum, uel illatum propulsandi, Reges Francorum urgeret necessitas. A quo more etiam tunc nondum secessio facta, cum in sequentes Francici Reges, in primis CAROLVS M. reliquas Germaniae deuincerent terras, (f) et regiam in uitios potestatem latius protenderent. Augebatur tunc numerus officialium, conditione prima etiam reliquis adscripta. Fungebantur Duces et Comites ita dicti potestate mere aliena, dignitate eorum cum persona pereunite, filiis non degeneribus heredibus, et meritis suis, ut paternum officium supplerent, conspicuis, non facile neglectis, tamdiu quae sitos fasces tuituris, quamdiu obsequio, religiosoque cultu, in mandatis Regum exequendis, commendabantur, fecerunt facientibus, et rebelles fluctus minitantibus, mox Ducatu uel Comitatu suo exutis. (g)

(f) Ex quibus tamen SAXONIAE Provincias non subiectionis, sed *unionis* saltim lege, FRANCIAE adscriptas esse, constat. Conf. SCHVRZ-FLEISCHII diss. de antiqua Sax dignitat § 5. ID. de WITTEKINDO M. §. 13. lit. ec. HERT. Notit. Regn. Franc Vet. C. III. §. 2. p. 278 PRAES. in Progr. de M. Sax.

Ducatus formula p. 15. not 9.  
 (g) LEHMANN. Chro. Spir. L. II. C. 16. Obuenit hoc THASSILONI, Bauariae Duci, qui CAROLVM M. iunctis cum *Hannis* viribus, bello prouocare ausus, ad CAROLVM auocatus, Ducato suo motus, isque Comitibus regendus commissus est, referente id EGIN-HAR-

## §. 13.

Post CAROLINGOS singuli Germanorum populi sui iuris facti, summoque Imperio iam singuli Dukes, antea Prouinciarum Praesides, consensu cuiusque populi, frui, (h) sensim etiam Ius Belli, quod a CONRADI I. tempore contra ipsos etiam Reges non nunquam sibi sumebant, parare uelle videbantur. Augebatur ab HENRICORVM temporibus indies illa potestas, (i) iure deinceps manuario, et diffidationibus ingrauascitibus, per interregni tempora protractis. His postea modus est belligerandi moribus positus, mox MAXIMILIANO suafore iisdem plane eliminatis. Quo tamen non obstante, Ordines belli iura, in Smalcaldico cumprimis, et tricennali conflictu, acriter defensa dederat, et, post iura territorii PACE WESTPHALICA plenius corroborata, una cum his, saltem temperamento, publicae, et Imperii, salutis causa, adiecto, (k) obtinuere.

## §. 14.

HARDO de uita et gestis  
CAROLI M. p. 6. DN. a  
COCCII in Iur. Publ. Prud.  
C. III. Sect. 1. § 7.

(h) Cel. GVNDLING. de  
Statu Reipubl. German. sub  
CONRADO I. §. 3 et DN.  
a LVDEVVIG. in German.

Princ. post Caroling. C. 1<sup>o</sup>  
§. 2. et C. 3.

(i) MYLER. Archol. c. 9.  
§. 3. et c. 10. per tot.

(k) In casu tamen uiolatae pa-  
cis, si controversia intra spatum  
trium annorum non termine-  
tur, arma sumere ad repellen-  
dam iniuriam, non solum per-  
mis-

## §. 14.

Iam ergo, iure territorii, nunc amplius extensi, magis firmato, superioritati ius armorum est consecratum, sic, ut operas militares subditis suis Vasallisque Ordines imperare sustinerent.<sup>1</sup> Sicut igitur illud regale efficit, ita exinde consequitur, ius auocandi etiam in eos, qui exteris militant, competens, ad superioritatem omnino, non ad nudum ius dominii directi pertinere, cum ea regalium audiat, et re ipsa etiam extet complexus. Sane si tantum Regionum domini, ui directi dominii, simpliciter regali illo uterentur, non differrent a Vasallis, qui eodem titulo praetenso a Sub-Vasallis suis seruitia quaedam exposcunt.

## §. 15.

Neque appetat, quid dominium directum cum illo superioritatis iure commune sibi vindicet. Illud inuestituram, iuramentum fidelitatis, imo et seruitia quae-dam, sola conuentione innixa, includit, hoc potestatem, quaelibet iura, maiestati aemula, exercendi Ordinibus Imperii attribuit. Fac ergo, in quibusdam GERMANIAE ditionibus dari dominos directos, hosque iure exigendi seruitia militaria, una cum auocandi iure instructos, ideo tamen ex dominio directo perpetuum hoc

---

missum, sed plane praeceptum | §. 6. Vid. Exc. LEYSER ad ff. legitur in I. P. VV. A. 17. | Spec. XXX. Med. 5.

hoc effluere, perperam quis concludet. Ea enim est iuris territorii, et dominii directi insignis disparitatis ratio, quod istud iure ueluti proprio se exerat, latiusque uim suam extendat, et pro eo, intuitu tam subditorum quam Vasallorum, re in anticipi posita, presumatio militet, hoc uero si in alio, quam territorii, domino constitutum deprehendatur, iure uelut alieno, domini uide licet territorialis uel concessione, uel indulgentia, usurpetur, nec ultra limites suos prorogari possit. Vnde si concurrit cum iure territorii, huic tanquam fortiori vinculo merito cedit.

## §. 16.

Quam iuste autem territorii potestas in auocandi iure defendenda ueniat, exinde facile liquet, si consideres, illud ex solo Belli iure dependere. Quod uti nudum dominium directum non tribuit, ita in casu, quo dominus direccus iure territorii in Feudum, licet forsitan alias territorii iura habeat, sit destitutus, (1) Vasallum eiusdem

(1) Dari autem Feuda quam plurima, quae in alieno territorio sita, et ita a iure auocandi domini directi ad servititia militaria exempta sunt, ex ipso rerum usu satis constat. Comitatum BARRENSEM Dux LO- THARINGAE ex pace Osnabrugensi a Galliarum Rege

recognoscit. BOHEMIA praesertim, in Germania insig- nem Feudorum habet numerum, adeo ut STRANSKY de repl. Bohem. c. 14. peculiarem Feudorum Germani- corum Praefecturam Pragae constitutam memoret. Illorum catalogum exhibet FA- BER

eiusdem alium praeter hunc agnoscere dominum, territorii nempe, qui iura haec exerceat, necesse est. Huius autem in praeiudicium neque directus dominus, quicquam sibi vindicare, (m) neque Vasallus domino ius in se, quod alteri iam quaestum est, dare potest, potius dominium directum salua semper autoritate territoriali constitutum censendum est. Vnde hodie tam raro ciuibus suis permittunt Principes, (n) ut ipsis inuitis alienis

Dominum

BER Staats- Canzley P. I.  
p. 189. Pagum Grossburg  
in SILESIA litum ad Electorem BRANDENBURGI-  
CVM dominii directi iure spe-  
ctare, refert STRYK. in Exam.  
Iur. Feud. C. 3. qu. 47. Alia  
exempla recenset HORN. in  
Iurisprud. Feudal. C. III. §. 25.

(m) Prout in CAP. No-  
viss. Art. 15 disponitur, quod sub  
praetextu dominii directi ne-  
quaquam superioritati territo-  
riali praeiudicari debeat.

(n) Num uero subditis inte-  
grum sit, peregrinis dominis  
praedia sua iure Feudi offerre,  
de eo merito dubitandum, uti  
et negatiuam ueriores sen-  
tentiam defendunt HERTIUS  
d. Feud. Oblat. P. I. §. 8.  
THOMASIVS. C. 2. §. 19.

Ipsos uero etiam dominos  
olim, ut Feuda nonnisi subdi-  
tis conferrentur, ad dissidii oc-  
casionem rescindendam, et fi-  
dem dominis intactam seruan-  
dam, singulariter prospexit, se  
colligi potest ex charta diui-  
sionis Imperii, a LUDOVICO PIÓ Imperatore inter  
Pipinum, Ludouicum et Carolum,  
filios data A. C. 837. Aquis-  
grani in generali populi con-  
uentu, C. V. ibi: Praecipiendum  
nobis uidetur, ut post nostrum  
ex hac mortalitate discessum, ho-  
mines uniuscuiusque eorum acci-  
piant beneficia, unusquisque in  
regno domini sui, et non alterius  
ne quando per hoc, si aliter  
fuerit, scandalum possit occidere.  
STEPH. BALVZ. in Capitu-  
l. Reg. Franc. T. I. p. 678.

militiam, nedum perpetuam aliis militandi obligacionem, suscipiant, quam difficulter directis dominis indulgere solent, ut armorum iura in ipsorum terris exercant, et quasi hereditarium militem ibi habeant. Ut adeo neque cogi, uel sub priuationis poena, possint Vasalli in alieno territorii constituti, ut domini directi, licet uel maxime aliarum terrarum intuitu superioritate et iure belli gaudeat, bellum gerentis castra sequantur, (o) nisi hic in alterius, quo degit Vasallus, territorio, seruitutem, quam vocant, iuris publici, inter quas aperturae, praesidii, sequelae, ex qua ius auocandi simul exsurgit, iura sunt, demonstratam dare possit, (p) aut

(o) Illustrē huius rei Exemplum in declinatione indictorum seruitiorum, a Georgio Dn. de Schoenburg, Glanachae et V Valdenburgi Dynasta, facta, contigit. Erat is ob Feuda Bohemica, quae in terris Saxoniae Electoris possidebat, a FERDINANDO, Bohemiae Rege A. 1547. ad exhibenda seruitia militaria sub priuationis poena evocatus. Neque tamen hic Principe falso, Electore MAVRITIO inconsulto, et inscio, eadem subire se posse, sibi relictum reputabat. Vnde ad hunc rem detulit, et ut ex literis a

MAVRITIO Electore ad FERDINANDVM Regem pro ipso concinnatis, apparet, illam potissimum dene-gandi seruitia adduxit causam, neque constare de exactione illorum unquam facta, neque etiam exigi posse huiusmodi generis seruitia: Sie wären jahw̄ nicht beschaffen, nicht im Brauch gewesen, und er auch auf solche Maasse zu dienen nicht schuldig. Documenta huc facientia vid. in D. LVD. MENCKENII diff. de vi superiorit. territ. in territ. Imp. Clauſ. §. 14.

(p) Vid. ENGE-L-BRECHT

aut consentiente domino territoriali vinculum fiduciarium sub lege seruitiorum militarium originem sumserit. Ea enim clausorum, qualia in dubio praesumenda, (q) territoriorum uis est et conditio, ut intra eos plenissimus, qui dicitur, Landsassatus obtineat, omnesque Vasallii, siue ab eodem territorii domino, siue ab aliis, (r) de quadam huius territorii parte inuestiti, simul pro subditis sint reputandi. (s)

## §. 17.

Ex quibus haud difficulter patescit, ius circa Vasallos, ab Exterorum armis auocandos, lege, (t) D 2 qua

BRECHT. de seruit. Iur. Publ. Sect. II. Memb. 2. th. 18.

(q) De Circulo tamen Suecico, Franconica et Rhenano tradunt, eisdem territoriis non clausis accensendos. Vid. Perill. AVT. des Europ. Herzolds P.I. p. 773. et Burgermeister von Reichs-Adel C.IV. p. 22.

(r) Quo casu, intuitu territorii domini, magis iure allodii quam feudi sunt aestimandi. Quoad Saxoniam tamen id obseruatum memini, esse ibi in Matriculis, qui-

bus equi, seruitiorum causa a Vasallis praestandi, confignati sunt, eos simul notatos, qui Feuda ab aliis directis dominis recognoscunt, adeoque ad exhibenda seruitia domino territorii teneri.

(s) Vid. Nob. DN. de BERGER. in diff. de Nexus iuris iur. fidelit. et subiect. §. 20. PFEFFINGER. ad Vitriar. Inst. Iur. Publ. L. III. T. 19.

§. 4.

(t) Vid. Rec. Imp. d. A. 1564. §. 32. ibi: Und sollen die Churfürsten, Fürsten, und Ständen ihren Oberkeiten, hierüber

qua ipsis id praeceptum legitur, uel non considerata, Statibus Imperii ui potestatis territorialis adscribendum esse. Nam uero, in quibus facultas illa se exserat, explorare, ordinis iubet ratio. Evidem in territoriis Principum usum superesse satis pinguem, probatione uix egere, dum ibi Vasallorum copia occurrit insignis, cum e contrario in Imperii Comitatibus, quibus prae-dia pleraque ipsis, quoad utramque dominii particula-m, subsunt, (u) exigua illius iuris usura profluere uideatur. Structura sane et Principatum, et Comita-tuum Imperii, est eadem, (x) et utrique, nexus tum al-loiales, tum feudales, dedere initia. Citius equidem regalia sibi parauere Principes, dignitate insuper, et iure, uiritim in Comitiis ferendi suffragii, eminentio-res. Ast et Comites iurisdictionem, quam Caesaris nomine ante sustinuerant, effecere tandem propriam, et regalibus sensim usi, interregno finito, postea WESTPHALICA PACE ipsis prospiciente, ad idem adspirarunt potestatis fastigium, ut adeo Comites iure auocandi Vasallos, ex eadem, qua complexum regalium habent, ui, recte utantur. Quae omnia, in Principatibus, et Comitatibus, tanquam Feudis deducta secularibus, ad Ecclesiasticos S. R. I. Status etiam extendi merentur.

Ha-

über auch sonderbare Mandata  
gegen ihre Lehn-Leute, Land-  
fassen, Unterthauen, Hinder-  
fassen, und Angehörigen aus-  
gehen lassen...

(u) Vid. ITTER de Feud.  
Imp. C. V. §. 4. ubi plures  
Comitatus allodiales recenset.  
(x) MYLER. Gamol.  
C. 12. §. 2.

Habent hi, primitus quidem, ne iurisdictione quidem nuda, (y) nedum eminenteriori superioritatis territorii iure (z) gauisi, priori per *Aduocatos*, vel *Vice-Dominos* exercita, (a) post HENRICI IV. ac in primis inter regni tempora, potestatem eandem tam valide iam quaesitam, ut eos, quos terrarum ab ipsis possessarum complectuntur limites, ad sequelam, et militaria obsequia indubie, ad exemplum aliorum Statuum, uocare possint.

## §. 18.

Post haec, quid Ciuitatibus Imperii, Ordinique Immediato Equestri, circa auocandos suos Vasallos, relatum sit iuris, in censum uenit. Quin equidem Ciuitates, superioritatis iure, extraneam militiam, pro rei enatae necessitate, clientibus interdicere queant, exinde prono consequitur aliueo, quod illae, qua iurium regalium

D 3. com-

(y) Sola *'audientia*, quae effectus disciplinae ecclesiasticae est, relicta erat. t. t. C. de Episcopal. audient.

(z) PFEFFING. in VI-  
TRIAR. illuстр. L. I. T. 15.  
§. 18. STRVV. Syntagm.  
Iur. Publ. Diff. XVIII. §. 22.

(a) Sunt equidem Ecclesia-  
stici Imp. Proceres iam CA-  
ROLI M. aevo ad Comitia

uocati, quandoque primo loco inter Principes mactati, nondum tamen Principum titulo excepti, nisi ex quo potestate seculari uti ceperunt, et ut Principes inuestituram ab Imperatore imperiarunt. Vid. LEHMANN. Chron. Spirens. L. II. c. 15.  
RHET. Inst. Iur. Publ. L. p.  
T. 2. §. 96.

complexum, reliquis Statibus assimilari soleant. (b) Aet Immediatorum Imperii Equitum non omnes unam eandemque rationem habere uidentur. Sane, uti non omnium eadem in Imperio nostro Romano-Germanico territoriorum est facies, ita etiam superior iurisdictio, illis inhaerens, quoad exercitium, alia perfectior, pleniorque euadit. (c) Quo posito illis omnino inditionibus suis territorii superioritatem, sed talem, quae ipsorum territoriis respondeat, adscribendam esse (d) mani-

(b) Instr. Pac. Osnabr. A. VIII.  
 §. 1. ubi generatim Statibus  
 et §. 4. ubi in specie ciuitatis  
 ius territorii afferitur.  
 Neque admittenda hic est  
 inter Ciuitates Imperii *liberas*,  
 et *immediatas* dispeſendi ra-  
 tio, ita, ut aliqui illis, non  
 his, superioritatem attribuen-  
 dam autem, nullo tamen  
 solido fundamento innixi.  
 Conf. LIMN. I. P. T. III. c. 1.  
 n. 34. KNIPSCHILD. de  
 Iur. et Priu. Ciuit. L. 1. C. 2.  
 n. 19. BVRGOL DENS.  
 ad L. P. Part. 1. Discurs. 21.  
 n. 24. Vid. STRVV. Syn-  
 tagm. Iur. Publ. Dissert.  
 §. 18. XXVI.  
 (c) TITIVS Spec. Iur.  
 Publ. III. c. 4. §. 17.

(d) TITIVS in Spec. Iur.  
 Publ. L. 3. c. 1. §. 41. et c. 4. §. 16.  
 non saltem territorii superio-  
 ritatem Nobilibus Imperii  
 attribuit, sed plane eos Sta-  
 tus Imperii etiam afferit.  
 Quod ultimum tamen, cum  
 ius suffragii in ipsis deficiat,  
 liberaliter nimis prolatum, du-  
 biis suis non caret. Nec ta-  
 men prius inde deſtruitur,  
 quin potius id in LL. Imperii  
 fatis fundatum deprehendi-  
 tur. CAP. Nouiss. CAROL.  
 VI. Art. 1. ibi: die unmittel-  
 bare freye Reichs-Ritterschafft  
 mit begriffen, (ben ihren Ho-  
 heiten geiſt- und weltlichen  
 Würden, Gerechtigkeiten,  
 Macht und Gewalt lassen etc.  
 et post quaedam interiecta:  
 die

manifesto resultat. Vt taceam enim, quoad personam  
fine

die unmittelbare freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) ihre Regalien, Obrigkeit, Freyheiten, Privilegien, ohne Weigerung und Aufhalt in beständiger Form confirmiren. et Art.XV. uerb. Wie wir denn keinen Churfürsten, Fürsten und Stand, (die unmittelbare Reichs-Ritterschafft mit begriffen) seine Landfassen, ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen, und mit Landes-Fürstl. auch andern Pflichten zugethane Eingesessenen und zum Lande gehörige von deren Bothmächtigkeit und iurisdiction, wie auch wegen Landes-Fürstl. hohen Obrigkeit, und sonstigen rechtmäfigen hergebrachten Steuren, zielenden, und andern gemeinen Burden und Schuldigkeit, weder unter den praetexti der Lehn-Herrschafft noch einigen andern Schein eximiren. Item: Immassen denn auch Churfürsten, Fürsten und Ständen, (die unmittelbare freye Reichs-Ritterschafft mit

begriffen) zugelassen, und erlaubt seyn soll, sich nach der Verordnung der Reichs-Constitution bey ihren hergebrachten und habenden Landes-Fürstl. und Herrl. Iuribus selbst, und mit assistenz der benachbarten Stände wieder ihre Unterthanen zu manuteniren. Id quod luculentius adhuc apparet ex Diplomate a D. Imp. LEOPOLDO A. 1698 Immediatae Nobilitati Sueuicae concessio: Als verordnen wir, seken, statuiren, erkennen und befehlten ic. daß der Gewalt Handwerke aufzurichten aus der Ritterschafft und deren Mitglieder Immediatät, primitiuen Erb-Huldigung und der daraus sich ergebenden Landes-Obrigkeit fundiret werden soll. Conf. Nob. Dn. de VVERNHER in diss. de Iure affigendi publice mandata Vogtheiae immediatae contra Centenam asserta. §. 34. et SCHMID diss. de superioritat. territor. Nob. Immed. Imp. §. 9.

sine medio eos Imperio subesse, certe territoria immedia-  
te Imperio subiecta possident, et iura alia, ex superioritate  
notorie promanantia, libere exercent. (e) Quorūm ho-  
magii exactionem, colligendi, sequelae iura, imo refor-  
mandi, S. circa sacra (f) porestatem, aliaque quae sibi vindicant,  
referenda puto, quae omnia ad auocandi, et man-  
danda desuper publicandi, ius ipsis euincendum, praesidi-  
um, et argumenta non levia conferunt.

## §. 19.

Causa igitur efficiens primaria iuris, ad auocandos  
ab exteris Clientes, competentis, potestas territorii est,  
cui responderet in territoriis clausis ex Vasallorum parte  
subiectio, quae utraque uti variis modis parari pot-  
est, ita praesertim Subjectionis sacramentum, quod  
homi-

(e) Cui neque *Centena*, in  
quorundam Nobilium. Imme-  
diatorum finibus a Principibus  
quibusdam exercita, obstat,  
ut pote quae ius singulare est, et  
in iure certorum delictorum, in  
alieno territorio commissorum  
salua superioritate exercetur,  
LINCKII diff. de Iurisdict.  
*Centen.* et in Mandato D. Im-  
perat. LEOPOLDI, quod ad-  
ducit Nob. Dn. de VVERN-  
HER. in all. diff. §. 10. ad  
quatuor delictorum genera  
restringitur.

(f) Quod reformandi sive  
circa sacra ius, pars certe su-  
perioritatis territorialis praecipua,  
uti Electoribus, Princi-  
pibus et aliis Statibus, ita  
Nobilibus Immediatis tam in-  
tuitu bonorum allodium,  
quam feudalium disertis uer-  
bis tribuitur in I. P. VV. Art.  
V. §. 28. Conf. LIMN. I. P.  
L.VI c.3. n.3. sequ. et SCHWE-  
DER. introd. ad Ius Publ.  
Part. Spec. Sect. II. C. 18. §. 2.  
in fin.

hominii, uel homagii appellatione communiter uenire solet, eam admodum corroborat. Non tamen exinde necessario inferendum, quod, prius quam iuramenti illius solennia peracta, Vasallorum obligatio efficacia sua destituantur. Sicuti enim superior, si forsitan, ad iuratam de Reipublicae salute procuranda fidem, LL. fundamentalibus adstrictus sit, licet hanc nondum expleuerit, ad quaenam tamen, illi proficia, uel Gentium iure deuinctus deprehenditur, ita et nexui clientelari omnia illa tacite inesse censentur, iuramento, quod nouam obligationem non inducit, sed actus naturam sequitur, ex solo confirmationis fine adiecto. Imo beneficia nonnunquam plane iniurato concedi, nec ab antiquis Iurium placitis alienum constat. (g) Vtrum autem in eos auocandi potestas, qui in euentum, quod pactis successionis futurae clientelaris admodum commune est, (h) hominii legem iniuere, protrahi possit, aliis exploratum satis non uidetur. Certe, in quantum hoc uero Vasallorum, in euentum alii deuinctorum, domino, cui arctiori illi stringuntur uinculo, praeiudicium

E

in-

(g) II. F. 3. in f. SCHRA-  
DER. d. Feud. P. II. C. 2  
n. 26. ROSENTHAL C. II.  
Concl. 60. n. 2.

(h) Vid. formul. iuramen-  
ti a Vasallis SAXON. pree-

standi apud LVNIG. in Cod.  
Aug. P. II. p. 1082. PRAES.  
in diss. deIurament. subiecti-  
onis in euentum praefarsi  
solito. §. 12. sequ.

inferre posset, futurae potestatis effectus quiescat. Quod si uero clientes Confratris cuiusdam extraneorum plane elegerint arma, quin interdicens militiae, etiam domino, qui exspectat euendum successionis, integra sit potestas, hominii istius rationes, nec aliis effectibus carentes, in dubium uocari, non patiuntur.

*Explicit Disputatio Prior.*

---

ERRATA:

p. 7. lin. 15. lege (b) et lin. 19. lege (i) p. 17. in not. lin. 4. lege 1654. et lin. 13. lege ORD. p. 32. lin. 5. lege S.



# COROLLARIA.

## I.

**I**us conscribendi militiam Imperialem, Ducesque illi praeficiendos, eligendi, ad Imperatorem et Status Imperii coniunctum spectat.

## II.

**I**mperatori Ducis militiae Imperialis electione, Ordinum uoluntate, soli concessa, non tamen peregrinum eligi posse, certum est.

## III.

**M**ilitia Imperii perpetua a multis non inconuenienter fuit desiderata, nec incommoda inde metuenda tanta sunt, quin pacto quodam auerti facile possint.

## IV.

**M**ilites, pro defensione Imperii conscripti, extra Imperii limites absque Ordinum praescitu duci nequeunt.

1013

NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
RESPONDENTI  
SALVTEM ET OFFICIA  
Dicit  
PRAESES.

**Q**uantum Paternae virtutis aemulatio efficere  
sustineat, uel ipso Tuo, NOBILISSIME RE-  
SPONDENS, exemplo satis superque com-  
probas. Vti enim iam ab ineunte aetate in iis,  
quae ad humanitatem uocant, studiis, operam Tuam  
egregie nauasti, nec quoquam auocari Te inde passus  
fueristi, ita et, tum in celebri Lipsiensium Academia,  
tum in nostra Leucorea, per biennii fere, et quod  
excurrit, spatium, militis ad instar intrepidi, qui stri-  
dore bellico euocatus, ad arma decurrit, et Martis opus,  
peregrisse inter commilites suos, honori sibi ducit, Mu-  
tarum castra sollicite securus, ita scientiae Legum opera-  
tus es, ut de progressibus Tuis, in compendia Reipubli-  
cae cessuris, felicioribus, spes concipienda sit singu-  
laris. Quae omnia, ut et eruditum, quem moliris,  
conflictum, ex animi sententia gratulor, et immortale  
Numen exoro, ut his meritis Tuis digna aliquando  
euenant, et uota tum Nobilissimae Tuae gen-  
tis, tum omnium, qui bene Tibi cupiunt,  
penitus propediem adimplean-  
tur. Vale!


Wittenberg, Diss., 1731  
X 237 1957

VD 18

ULB Halle  
007 506 007

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

24  
Pub. 21. Jan. 14  
1731  
56  
6  
DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IVRIDICA

DE

IVRE AVOCANDI  
VASALLOS  
EXTERIS MILITANTES,  
SPECIATIM  
ORDINIBVS IMPERII  
VI TERRITORII VINDICATO

QVAM

P R A E S I D E

IV STO GEORGIO  
CHLADENIO, D.  
IVR. FEVDAL. P. P. ET FACVLT. IVRID  
ASSESS. EXTRAORD.

D. SEPTEMB. A. R. S. MDCCXXXI.

AVDITORIO IVRIDICO  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBIICIET  
SALOMO IENTSCHIVS.

EYBENSTOCHIO - HERMVND.

VITTEMBER GAE  
LITERIS IOHANNIS GOTHFREDI SCHLOMACHII.

